



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Titulus III. De Clericis conjugatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

sequitur Barbof. l. c. num. 2. qui etiam num. 3. in fine. addit, ob eandem rationem, non tantum non cogendos tales ad juramentum illud, sed nec se sponte offerentes ad illud admittendos. Jam vero in istiusmodi concubinariis consuetudinariis adest probabile periculum relapsus, seu non servandi tale juramentum, adeoque perjurii, ut patet. Neque huic rationi obstat, quod juxta c. 2. qui clerici vel viventes. Clerici in Sacris constituti, qui de facto sacrilegè contraxerunt matrimonium, cogantur abjurare uxores, non obstante eodem periculo perjurii; imò majore; cum major & vehementior detur suspicio incontinentiæ & relapsus in eo, qui ultra concubinatum de facto, etsi nulliter, contraxit matrimonium, quam in simplice concubinario, & juxta c. ad abolendam. de heret. extingatur ab hæretico juramentum non inhærendi amplius hæresi. Nam in eo est disparitas, quod, quia juramentum est remedium subsidiarium & periculosum, ad quod proinde non recurrendum, quan-

do alia suppetunt remedia æquè apta ad obtinendum finem, qualia in præseute casu ad cogendum clericos ad abstinendum à concubinato, nimirum suspensio, depositio, ac tandem excommunicatio: in aliis vero duobus casibus juramentum tale erat necessarium. In primo quidem, ut tales clerici, qui per consensum suum in tale matrimonium contraxerunt illud, cognoscantur per dissensum suum recessisse ab alio, necessarium est desuper juramentum; dum de iis, quæ interna, aliâ viâ cognosci nequeat. In altero quoque casu, quamvis ad eercendum crimen hæresis quæ tale non desint alia remedia æquè opportuna, ad excludendum tamen errorem intellectus, quem habent, aut habere præsumunt, fidemque super hac exclusione faciendam, & in futurum fidelitatem promissam servandam, aliud remedium non est, quam solennis & publica abjuratio, ita Barbof. cit.

num. 3. & cum eo Piih.

num. 11.

## TITULUS III.

### De Clericis conjugatis.

*Quæst. 41. An, qui, & quo jure clericis prohibeantur contrahere matrimonium?*

**R**esp. primò: Clerici minoribus solum ordinibus initiati, etiamsi beneficiati, validè ac licitè contrahere possunt matrimonium. *Can. si qui. dist. 32. can. quia tua. 12. q. 1. nisi tamen obstricti voto castitatis simplici; hi enim non licitè, sed validè tantum contrahere possunt, contractumque valet, exceptis Religiosis Societatis JESU, qui emissis votis simplicibus, etsi per ea constituantur verè religiosi, etiam invalide contrahunt matrimonium ex speciali Sedis Apostolicæ dispositione reddentis illos inhabiles ad contrahendum matrimonium; dum interim religiosi alii obstricti voto solenni castitatis, etiam antequam initiati ordinibus Sacris, contrahunt invalide matrimonium, Ecclesiâ, dum carent ordinibus Sacris, non nisi post solenne votum in professione emissum inhabilitante illos ad contrahendum matrimonium. c. unice. de voto in 6.*

2. Resp. secundò: Clerici in aliquo sacro ordine, etiam Subdiaconatus tantum, constituti nec licitè nec validè contrahunt matrimonium. ita habet communis Catholicorum, patetque ex c. 1. h. t. c. ex literarum. qui clerici & voventes, ex clem. eos qui. de consang. & affin. ubi etiam tales ipso facto excommunicantur, & Trid. sess. 24. c. 9. sic statuente ac definiente. Sed neque in Ecclesiâ Græca post susceptos ordines sacros licet, aut unquam licuit inire matrimonium. *Can. si quis eorum. dist. 31. junctâ Gl. Azor. inst. mor. p. 1. l. 13. c. 13. q. 1. de Grassis de effect. cler. eff. §. n. 4. Sanch. de matrim. l. 7. d. 18. n. 5. Barbof. in c. cum olim. h. t. n. 2. qui etiam addit citatis iisdem, quod apud Græcos matrimonium post sacros ordines inire fuit irritum. Etsi de cætero matrimonio ante sacros ordines inire cum una eaque virgine, post illos uti possint. can. cum olim. h. t. c. quæsitum, de pœnit. & remiss. AA. citati.*

3. Resp. tertio: Continentiâ annexa sacris ordinibus & obligatio servandi eam non est ex jure naturali divino, quia etsi secundum rectam rationem valde decens & conveniens sit, ut qui ratione status sui specialiter deputati ad vacandum ministerio & sacrificio altaris, ab opere carnali se continent, non est tamen præceptum juris naturalis; cum altaris ministerium non simpliciter repugnet usui conjugali, quippe per se honesto. Sed neque est ex lege divina positiva, utpote quæ neque ex scriptura, neque ex PP. traditione colligitur. Ac ita habet communis contra Major. in 4. dist. 24. q. 2. & patet à posteriore; cum aliâ Ecclesiâ Græcæ seu orientalibus permittere non potuisset usum matrimonii ante sacros ordines legitime contracti. Sed est ex voto, c. cum olim. h. t. c. unice. de voto in 6. Extravag. antiqua. tit. eod. ad quod emittendum Ecclesiâ obligat suscipientes sacros ordines (etsi, ut dicitur c. 1. h. t. Ecclesiâ Græca illud ejusque obligationem non admiserit) cujus obligationis promittendi seu votendi Deo continentiam admonentur ab Episcopo ordinante ordinandi, dum eis confertur Subdiaconatus. Potuisse autem Ecclesiâ istiusmodi obligationem emittendi tale votum annexere susceptioni sacri ordinis, ex eo patet, quod licet directe cogere non possit ad continentiam votumque eam servandi, possit id tamen indirectè & conditionatè, adjiciendo hanc ordini, quem liberè contert obligationem & conditionem, ut qui ordinem suscipere volunt, profiteantur seu servant continentiam. Laym. ib. mor. l. 5. tr. 9. c. 11. n. 1. & alii communiter. Cur autem Ecclesiâ id requirat, ratio est, ut sacris initiati in statu continentiam, quem assumpserunt, firmius & constantius perseverent. Emittereturque hoc votum hodieum tacitè (dum aliâ olim emittebatur expressè, ut Wiestn. h. t. num. 18. citatis can. præterea. dist. 28. can. quantum. dist. 23.) saltem à sciente annexum, aut illud positivè malitiosè non excludente, ita ut ordinem suscipientis silentium pro consensu in illud reputetur. Atque ita tenent Henric. in sum. l. 12. de sacram. ord. c. 12. num. 7. in fine. Azor. p. 1.

p. 1. l. 13. c. 12. q. 6. *Et c.* 14. q. 10. Sanch. l. c. l. 7. d. 27. num. 10. & plures apud illum. Grassis. l. c. in *pralud.* num. 4. & alii, quos citat & sequitur Barbof. in c. cum olim. num. 3. remittens ad se. de *potest. Episc.* p. 2. alleg. 15. num. 2. Dixi: *Saltem à sciente*: Quia infans alique, quibus ordo sacer collatus ante usum rationis, illud emittere non potuerunt, adeoque postmodum validè ac licitè contrahunt, nisi, dum ad usum rationis pervenerunt, sui ordinationem intellexerunt, eam ratam habuerunt, expressè, vel tacitè non contradicendo, sed sacram ordinem liberè extendendo, aut aliàs itatum ecclesiasticum sequendo; cum hac ratione in obligationem servandi continentiam annexam sacri ordini consensisse censentur. ita cum Azor. *cit. quest.* 10. Pontio de *matrim.* l. 7. c. 29. num. 15. Barbof. de *potest. Episc.* l. c. num. 4. Idem est de iis, qui laborantes invincibili ignorantia annexæ sacro ordini castitatis, quod non teneantur ad eam neque ex voto, neque ex præcepto Ecclesiæ, dum ignorantia est positiva; ut dum viventes inter Græcos, passim videntur initiatos sacris ordinibus uti uxoribus. Vasqu. p. 3. d. 247. num. 97. Cönnick. d. 20. num. 141. quos citat & sequitur Tiberius in *instruct. ordinand. quest.* 81. Secus videtur de laborantibus ignorantia negativa, dum nimirum nullam habuerunt rationem in contrarium, & ex ruditate solum ingenii nesciverunt. Idem quoque est de metu cadente in virum constantem adactis suscipere sacros ordines, ut non teneantur ex voto, utpote quod liberum esse debet (Secus si metus justè incussus, aut aliunde conceptus; cum tunc votum esset sufficienter voluntarium, adeoque ejus obligatio non impediretur) neque ex præcepto ad continentiam. Navar. l. 1. *conf.* 9. & cum eo Laym. l. c. num. 2. Azor. p. 1. l. 13. c. 12. *vers. inhabitamen.* quamvis id addat, teneri talem ex lege ecclesiastica vel profiteri castitatem, vel perpetuò ab altaris ministerio prohiberi. & *cap. 14. quest.* 8. ubi absolute, quod talis matrimonium liberè contrahere possit, & quod hæc sententia magis cum ratione & jure congruat, & stylo Cancellariæ approbata sit, citat pro ea plures, & solvit, quæ in contrarium afferuntur; quamvis *ibidem circa finem.* addat, talem perpetuò usu & functionibus ordinum privandum, nisi remoto metu continentiam perpetuam sponte promittat. Oppositam sententiam, nimirum eum jure cogi servare continentiam, tenentibus Palud. Hoff. Sylv. Tabien. Card. Abb. qui etiam communiorem dicat. Archid. Jo. And. & pluribus aliis apud Azor. l. c. & Sanch. l. 7. de *matrim.* d. 29. num. 4. Quod itaque continentiam servandi obligatio non sit ex solo voto, sed insuper ex speciali lege ecclesiastica, ut probabilius docent Sanch. l. c. Guttier. l. 2. *qq. can.* c. 27. num. 45. Valent. *L. de calibat.* c. 2. Id ita intelligendum, non quod simul ex voto, & simul ex lege positiva immediate oriatur hæc obligatio; sed quod quandoque, non emisso voto, adhuc teneantur servare castitatem initiati sacris ex speciali positivo præcepto Ecclesiæ. unde Trid. *sess.* 24. *cap.* 9. definit, ut clerici à susceptis ordinibus sacris servent castitatem vel ex lege ecclesiastica, vel ex voto, & probatur hoc iptum ex antecedentibus veluti per inductionem.

*Quest.* 42. *An & qualiter conjugatus promoveri possit ad sacros ordines?*

1. Resp. primò: Clerici Græci, postquam minoribus initiati, aut etiam extra clericatum contraxerunt matrimonium cum una eademque virgine, jam conjugati ad ordines factos promoveri possunt, & iis initiati uti conjugio citra omnem dispensationem prout patet ex c. cum olim. h. t. Barbof. *ibid.* n. 2. citans Carol. de Grass. de *eff. sect. cler. eff.* 5. n. 41. Sanch. de *mat.* l. 7. d. 18. num. 5. & c.

2. Resp. secundò: Clerici Latini conjugati promoveri nequeunt, nisi sint conjugati cum una eademque virgine, seu non corrupta ab alio, & nisi perpetuam continentiam voverint, consensumque uxoris, obtinuerint. Ipsa quoque uxor, si in sæculo manere vult, eandem continentiam voveat, sitque ejus ætatis, ut extra periculum incontinentiæ esse videatur, alias religionem ingredia-tur, pro ut hæc statuuntur. c. sanè. h. t. c. *conjugatus.* de *convers. conjugator. c. feriatim.* dist. 32. *Can. Episcopus benedictionem.* dist. 77. Sanch. de *matrim.* l. 7. d. 42. num. 16. Pirh. h. t. num. 1. Ratio sic statuendi est, quod Ordines sacri votum continentiam requirant, quod est incompatible cum statu conjugali.

3. Extenditur responsio primò: Ut clerici conjugati etiam matrimonio necdum consummato, ordinari neque: aut (nisi fortè religionem ingrediantur) juxta expressum textum *Extravag. anti-que de voto.* juncta Gl. v. *noverit convenire.* Extenditur secundò, late accipiendo nomen sacrorum ordinum, etiam ad ordines minores, ita ut hi, uti nec prima tonsura conferri debeant conjugatis, nisi sub conditionibus in responsione adductis, c. ult. de *temp. ordin.* in 6. Gl. *ibidem v. definitum.* Gl. in *cit. c. conjugatus. v. ad sacros.* Abb. in *cit. Extravag. num. 4.* Sanch. l. c. d. 38. num. 6. citans alios Pirh. h. t. n. 2. Ratio est, quia tonsura & ordines minores (qui non nisi sub respectu & in ordine ad majores conferendi. *cit. c. ult. juncto Trid. sess.* 23. c. 2.) conferri non debent conjugato, nisi religionem intrare, vel ordines majores recipere velint juxta *cit. c. ult.* Unde etiam Episcopus à conjugato volente suscipere primam tonsuram aut ordines minores exigere debet votum continentiam juxta Gl. in *can. Episcopus.* dist. 77. v. *sequestrato.* Jo. And. in *can. conjugatus.* n. 4. Abb. *ibid.* n. 2. Sanch. l. c. quos citat & sequitur Reifens. h. t. n. 34. Secus est in non uxorato promovendo ad ordines minores, à quo tale votum non exigitur, utpote qui, si velit, potest contrahere matrimonium, quo jure privati non debet quique etiam citra votum abstinere debet ab omni actu venereo; conjugatus verò ab eo abstinere non tenetur; adeoque ab eo potius exigitur votum continentiam. Ad quod tamen dici posset satis ad hanc astringi per votum tale emissum ante susceptionem ordinum majorum. Unde videtur potior ratio disparitatis desumi ex Trident. *sess.* 23. c. 4. statuente tonsuram non conferendam illis: *de quibus probabilis conjectura non sit, eos, non secularis judicii fraude, sed ut DEO fidelem cultum præstent, hoc vita clericalis genus elegisse* & c. talis autem probabilis conjectura haberi non possit de clericis uxoratis, nisi vovendo castitatem ad majores ordines aspirent.

4. Limitatur è contra responsio quò ad petendum uxoris consensum, nimirum, quòd in casu, ubi vir habet legitimam causam divortii. V. g. ob notorium aut legitimè probatum uxoris adulterium, necesse non sit petere uxoris consensum; eam tunc vir deinceps continens in perpetuum dimittere possit uxorem quòd ad cohabitationem. *c. significasti. de divortiiis.* eaque privetur omni jure conjugali, ac ita etiam eam invita ad sacros Ordines promoveri juxta *c. constitutus. de convers. conjugat.* junctâ Gloss. *v. ad gradum Sacerdotii.* Abb. *ibidem num. 5.* Sanch. *de matrim. l. 10. d. 11. num. 16. &c.*

**Quaest. 43.** *An & qualiter clericus conjugatus promoveri possit ad beneficia ecclesiastica, administrationes, & obtinere pensionem ecclesiasticam?*

1. **R**esp. ad primum: Clericus Ecclesiae Latinae conjugatus non potest obtinere beneficium ecclesiasticum, etiam modicum, in titulum, nisi sub iisdem conditionibus, de quibus *quaest. preced.* pro ut expresse statuitur. *c. 2. § 8. h. t. Extravag. antiquae. de voto.* junctâ Gloss. *v. nec ad aliquod &c.* quibus positus, illius obtinendi & habendi est capax citra ullam dispensationem. Gonz. *ad Reg. 8. Cancell. gl. 2. num. 68.* Barbof. *ad cit. c. 2. num. 1. & 2.* Pirh. *h. t. num. 1. & 2.* Estque aliàs provisio beneficii, sive per institutionem & praesentationem, sive per electionem aut collationem, factò clerico conjugato ipso jure nulla. Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num. 3.* Corrad. *inpr. benef. l. 1. c. 5. num. 151.* Sanch. *de mat. l. 7. d. 46. num. 14.* Pirh. *num. 2.* qui etiam *num. 3.* addit, nec valere Consuetudinem, ut clericus conjugatus habeat beneficium. Multoque magis haec locum habent in dignitatibus ecclesiasticis, utpote quas sine gravi scandalo talis habere nequit juxta *c. decorem. h. t.* Barbof. *ibid.* Pirh. *cit. num. 3.* Si enim collata beneficia retinere nequit, ut dicitur paulò post, propter incompatibilitatem status conjugalis cum beneficii, multò magis est incapax nova obtinendi. Estque ratio horum, quòd conjugatus conditionibus dictis carens in omnibus (exceptis privilegio canonis & privilegio fori ecclesiastici in criminalibus juxta *c. unum. h. t. in 6.*) censetur & habeatur ut laicus; laicus autem non est capax beneficii ecclesiastici. *c. cum adeo. de rescript.* Abb. *ibid. num. 3.* Felin. *num. 4.* & alii, quos citavi in *for. benef. p. 1. quaest. 304.* ubi quoque illius extensionem dedi. Unde jam etiam cum tali clerico conjugato, ne quidem in ordine ad simplex beneficium, dispensate potest Episcopus; adeoque ad hoc opus dispensatione Papae. Corrad. *l. c. num. 117.* Silv. *de benef. p. 1. quaest. 7. num. 17.* Hojed. *de incomp. benef. p. 1. c. 24. num. 77.* Barbof. *l. c. num. 2.* citans insuper Paris. *de resign. l. 4. qu. 2. num. 29.* Sanch. *de mat. l. 2. quaest. 42. num. 18.* Garc. *p. 7. c. 5. num. 4.* Pirh. *h. t. num. 20.* cum communiore contra plures apud Sanch. *l. c. num. 17.* censentes, Episcopum posse dispensare cum tali ad beneficium simplex. Ratio est, quia Episcopus dispensare nequit contra jus commune nisi in casibus à jure concessis juxta *c. amputato. 25. q. 2.* junctâ Gloss. *sin. & c. dilectus. de temp. ordm.* junctâ Gloss. *v. permissa.* Inter quos casus non est dicta

dispensatio conjugati ad beneficium simplex; adeoque ad hanc non est argumentandum à dispensatione cum homicida & irregulari ad habendum beneficium, utpote quae expresse concessa Episcopo in *c. Henricus. de cler. pugn. in duell. c. ad audientiam. c. continebatur. de homicid.* Dixi: non potest obtinere beneficium ecclesiasticum in titulum: nam potest illud obtinere ratione stipendii vel pensionis pro officio vel ministerio temporali. V. g. pro pullando Organo vel campanis, quippe cum quibus status laicalis non est incompatibilis. Barbof. *l. c.* Pirh. citans Sanch. *l. 7. d. 44. n. 4.* De caetero limitanda responsio sicut praecedens, nimirum, ut vir etiam carens consensu conjugis, aut quòd ea continentiam vovere debeat, possit promoveri ad beneficia pro casu, ubi habet causam legitimam divortii. Pirh. *num. 2.* citato Sanch. *l. 7. d. 42. n. 16.*

2. Resp. ad secundum: Sed neque administrationem ecclesiasticam, seu quae per personam ecclesiasticam obiri solet, etsi ea non sit beneficium, clericus conjugatus obtinere potest. *c. 2. h. t.* Abb. *ibid. num. 3.* Barbof. *num. 1.* citatis aliis. Pirh. *cit. num. 1. in fine.* Unde etiam clericus conjugatus nequit esse Vicarius generalis Episcopi. Pax-Jordan. *l. 1. tit. 12. num. 98.* Barbof. *jur. eccles. l. 1. c. 15. num. 15.* Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num. 3.* Sanch. *l. 7. d. 46. num. 14.* Pirh. *loc. cit. & ad ut. de off. Vicar. num. 31.* Sbroz. *de Vicar. l. 1. q. 31. num. 5.* & alii, quos citavi in *Vicar. Epif. q. 39.* Idque, etiam si conjugatus sit cum una eademque virgine, seu non bigamus; etiam si incedat in habitu & tonsura clericali; quia Vicarius Episcopi debet vivere in calibatu. Pax-Jord. *l. c.* Sbroz. *l. c. num. 6. & 8.* quamvis clericus bigamus etiam vivens in calibatu, seu soluto matrimonio, ex quo inducta bigamia, non potest esse Vicarius, quia caret privilegio clericalibus, & habetur pro laico. Sbroz. *loc. cit. num. 5.* Pax-Jord. *num. 99.* Pirh. *cit. num. 31.* Barbof. *loc. cit. num. 15.* Suar. *Tom. 5. d. 49. §. 5. à num. 14.* & plures alii, quos citavi in *Vicar. Epif. q. 38.*

3. Resp. ad tertium: Neque etiam clericus conjugatus obtinere potest pensionem ecclesiasticam, seu quae titulo clericali conferri solet, nisi ex dispensatione Papae. Sanch. *l. 7. d. 44. n. ult.* Barbof. *ad c. 2. h. t. num. 2.* Etsi enim pensio talis non sit beneficium ecclesiasticum in rigore, adhuc tamen ejus capaces hodie non sunt laici (pro qualibus, ut dictum, habentur istiusmodi clerici conjugati) ut Lotter. *de re benef. l. 1. quaest. 40. num. 120.* Corrad. *loc. cit. l. 1. c. 5. num. 156.* Tusch. & alii, quos citavi in *for. benef. p. 1. q. 308.* dum etiam hodie non saltem ex diuturna Curiae Romanae praxi & stylo non nisi clericis constitui possit, ut AA. citati. Dataria etiam Apostolica in praxi admittere non consuevit, nisi pro clericis beneficiorum capacibus. Qui stylus & praxis pro lege servatur, ut Corrad. *loc. cit. num. 163.* ita etiam, ut Idem *n. 165.* citans pro hoc decis. Rota, ut si tempore reservationis pensionis sit laicus, reservatio sit nulla. vide me *loc. cit. & fusiùs 3. p. a. qu. 510.* ubi etiam *quaest. 515.* ex professo hanc quaestionem: num clericus conjugatus, vel etiam bigamus capax sit pensionis. & *quaest. 516.* An & qualiter Papa cum clerico conjugato aut bigamo dispensare possit & solet, praeveniendo factum matrimonii aut bigamiae.

Quaest.

*Quest. 44. An & qualiter Clericus contrahendo matrimonium beneficii privandus sit?*

1. **R**esp. ad primum: Circa hanc quæstionem à SS. Canonibus statuuntur sequentia. Imprimis Clerici majoribus Ordinibus initiati, si matrimonium contrahere præsumperint, ad dimittendas uxores, agendamque poenitentiam de commisso scelere per suspensionis & excommunicationis sententiam compellendi, & insuper beneficiis præhabitis, privandi dicuntur. *c. 1. h. t. junctâ Gloss. fin. Pirh. h. t. num. 4.* & sic ea amittere coguntur. Clerici vero tantum initiati minoribus, si uxorem, uti possunt, duxerint, ad retinendas uxores, & beneficia dimittenda per censuras compellendi dicuntur. *cod. c. 1.* quia matrimonium tale validum, & beneficia unâ cum eo retineri nequeunt. Tum, quia, ut dicitur *c. diversis h. t.* in clericorum conversatione cithara malè concordat cum psalterio: hoc est, ut Gloss. *ibidem v. cithara.* Laicalis conversatio cum clericali ministerio. Tum quia alligatus uxori cogitat, quomodo placeat uxori, & sic divisus quasi in duo plenam sui non habeat potestatem, ut ei à quo stipendium recipit, plenius famuletur. Tum denique quia per tales rerum Ecclesiasticarum substantia solet deperire, dum ea, quæ ecclesiæ sunt, uxori, filiis, nepotibus alendis largiuntur. *c. Syracusane. dist. 28.* unde *cit. c. diversis.* Papa mandat Episcopo loci ut hujusmodi beneficiis, quæ in sua diœcesi adepti, privet, cum hac tamen exceptione: nisi fortè talibus Episcopus ipse scienter (hoc est, conscius de matrimonio ab iis contracto, aliterve inhabilibus ut Pirh. *h. t. num. 6.*) contulerit beneficia illa; tunc enim, non per ipsum Episcopum, sed per superiorem, puta, Metropolitanum vel Papam sint privandi; cum juxta *c. veniens de filiis Presbyt.* & Gloss. *in cit. c. diversis. v. non per te.* Episcopus proprio facto contradicere, illud reprobare & rescindere non potest. Secus, si ignoranter illis ea contulit; tunc enim per se illos privare poterit. *cit. Gloss. in idem c. diversis v. scienter.* Et si tales relinquere noluerint beneficia, ab Episcopo denunciari possunt superiori, nempe Papæ, non tamen accusari. Pirh. *cit. num. 6. in fine.* citans Innoc. *in cit. c. diversis. num. 2. & 3.* Denique statuitur *c. quod à te. h. t.* quod si clerici minorum Ordinum beneficiati ad incontinentiam proni accipiant uxores, priventur beneficiis. Ita tamen, ut, si ecclesiis in quibus intitulati, seu beneficium habuerunt, aliqua sua bona contulerint (quemadmodum olim frequens erat, ut clerici ecclesiæ seculari vel regulari sua bona seu possessiones suas conferrent) illa ipsis, postquam ab earum ecclesiarum ministerio & beneficio remoti fuerint, restitui debeant. Quod ipsum tamen cum Abb. *in cit. c. quod à te. num. 3.* ita distinguit Pirh. *h. t. num. 10.* Ut, quando hujusmodi clerici, seu conversi & oblati, ut vocantur se principaliter obtulerunt Ecclesiæ, bona vero sua accessorie, seu cum habitudine ad personam suam (quod factum in dubio censetur, si facta donatio omnium bonorum, vel saltem majoris aut magnæ partis eorum, ut Abb. *in c. 3. h. t. num. 5. & 6.* Sanch. *l. 7. mor. c. 12. à num. 6.* loquens de donatione facta à novitio, apud Pirh. *cit. n. 10.*) Si recedant ab Ecclesia, uti possunt, bona ipsis reddenda, accessorie sequente principale, & quia

R. P. Leur. *Jur. Can. Lib. III.*

recedendo, tacite donationem factam ob causam, causâ non secutâ, revocare censentur. Si verò bona sua absolute principaliter & per se donarunt, ea repetere & recuperare nequeunt, dum ab ecclesia recedunt, nisi fortè, pauperes sint, & non habent, unde vivant; cum donatarius, cui facta donatio in magna quantitate, debeat donatorem ad inopiam redactum alere, ut Laym. *th. mor. l. 3. tit. 4. c. 12. num. 17.* & alii.

2. Resp. ad secundum: Dum citati canones dicunt, clericos conjugatos præhabitis beneficiis privandos esse, & compellendos ad ea relinquenda, ne contradicant aliis canonibus dicentibus & statuentibus, illos ipso jure privatos esse, id ita intelligendum non de ipso jure & titulo beneficii, sed de possessione illius ac fructuum, quod ea privandi per actualem expulsionem, etiam manu militari, ut Barbof. *in c. 1. h. t. num. 2.* & ad eam relinquendam per censuras, dum eam, postquam privati jam ipso jure titulo & jure beneficii, injustè vel etiam violenter retinere pergunt. Barbof. *l. c. Pirh. h. t. num. 12.* cum Gloss. *in idem c. 1. v. relinquenda.* ubi ea ait: meritò compellendi sunt, ut ea dimittant, quia vacare intelliguntur ipso jure. Unde quò ad factum solum sive possessionem retorquetur illa compulsio.

*Quest. 45. An igitur & qualiter ipso jure amittantur beneficia & pensiones contracto à clericis matrimonio?*

1. **R**esp. ad primum: Clericus beneficiatus in minoribus constitutus validè contrahens matrimonium per verba de præsentate, ipso facto & jure amittit beneficia, eaque vacant citra omnem sententiam Judicis, ita ut statim ab eo momento conferri possint alteri. Arg. *cit. c. 1. Gloss. ibid. v. relinquenda.* Abb. *num. 4.* Barbof. *num. 2.* Pirh. *num. 11.* Sanch. *de matrim. l. 7. d. 42. num. 4.* Clarus *§. fin. quæst. 73. num. 5.* Paris. *de resig. l. 1. quæst. 1. num. 12.* Azor. *p. 2. l. 7. c. 16. quæst. 4. & 5.* Tusch. *lit. C. concl. 342. & lit. M. concl. 148.* Gonz. *ad Reg. 8. Cancell. gl. 15. num. 43.* Ricc. *in pr. for. eccles. decis. 20. num. 3. in 1. editione. aliàs resol. 212.* & alii, quos magno numero citat. Barbof. *loc. cit.* Ratio est, quòd matrimonium sit incompatible cum beneficio ecclesiastico. Ac proinde, dum id scit, aut scire debet clericus, se illud unâ cum eo retinere non posse, ipso facto suo ducendo uxorem, seu sponte assumendo hunc statum incompatible, sub cuius non assumendi conditione illi collatum beneficium, beneficio tacite renunciat, & sic per resignationem hanc seu spontaneam dimissionem, & nullatenus per modum pœnæ, utpote quæ non incurritur ante sententiam Judicis, vacat beneficium, non obstante, quòd aliàs resignatio non valeat, nisi interveniente autoritate superioris recipientis illam; cum id procedat in resignatione expressâ, quæ fit per verba, non verò in ea, quæ fit facto; quemadmodum clericus clericale privilegium non amittit, renunciando illi verbo, bene tamen facto. Neque etiam obstante, quòd aliàs ab initio habilis ad beneficium, non perdat illud superveniente inhabilitate. V. g. irregularitate; cum id verum sit loquendo præcise de inhabilitate, non verò interveniente resignatione, ut Pirh. *num. 12.* cum Sanch. *l. c. n. ult.* Unde etiam non obstat

D

quòd

quod textus nullus sit hanc vacationem ipso jure inducens. Ex hac verò vacatione contingente ipso jure jam inferitur, quod talis, nisi statim à contracto matrimonio dimittat beneficium, peccet graviter, tanquam injustus detentor rei non suæ, & fructus interea perceptos restituere teneatur. Pirh. num. 15. Bartol. loc. citat. cum Sanch. cit. d. 42. à n. 10. & Ricciull. de person. extra grem. eccl. existens. l. 7. c. 1. num. 10. Item quod renunciatio à tali facta in favorem alterius nullius sit momenti, quia jus nullum amplius in eo habet. Sanch. loc. citat. num. 13. Barbof. Pirh. LL. cit. Item quod impetrari possit ab alio eique conferri, etiam si vacet solo jure, & non defacto, clerico conjugato illud adhuc detinente; in quo casu esse opus sententiâ, quâ declaratur clericum excidisse beneficio, & ut in ejus executione intelligatur vacasse à tempore ductæ uxoris, ait Pirh. loc. citat. vide me de his omnibus in for. benef. p. 3. quest. 36. num. 2.

2. Porrò extenditur responsio primò, ut procedat, si matrimonium necdum consummatum; quia etiam copulâ non secutâ, jam assumptus status incompatibilis cum beneficio. Sanch. loc. cit. num. 5. Garc. de benef. p. 11. c. 8. num. 1. Ricciull. l. c. num. 17. Navar. c. 25. man. num. 120. Barbof. l. c. num. 4. Pirh. num. 13. Imò, etsi uxor necdum cognita mortua sit, aut religionem ingressa, & sic matrimonium ratum dissolutum, beneficia vacare pergunt. Abb. in cit. c. 1. h. t. num. 5. Barbof. num. 5. citatis aliis Garc. l. c. n. 2. Sanch. Pirh. Nav. LL. cit. si quidem, postquam semel amissa, seu vacarunt, non recuperantur absque nova institutione canonica; cum jus semel extinctum non reviviscat, licet causa extinguens cessarit juxta c. 2. § 3. de renunc. junctâ reg. 1. juris in 6. & Arg. clem. gratia. de redemptis junctâ Gl. v. resignaveris.

3. Extenditur secundò, ut etiam amittantur accessus & regressus, & quælibet jura ad beneficium competentia. V. g. rescriptum obtentum ad beneficium vacaturum, ut villius, etiam dissoluto matrimonio rato, illud vacans perere & impetrare nequeat; si enim ob assumptionem status incompatibilis cum beneficio illud jam habitum amittatur, multò magis jus ad illud. Garc. Ricciull. Pirh. LL. cit. Sanch. l. c. n. 7. Paris. l. c. n. 14. Clar. l. c. n. 3. Guttier. de matrim. c. 97. n. 4. & alii, quos citat & sequitur Barbof. l. c. n. 3. Arg. clem. gratia. ubi quod, qui impetravit gratiam de beneficio sibi conferendo, eidem gratiâ tacitè renunciare censetur, si ante collationem istius beneficii aliud cum eo incompatible pacificè assequatur, quamvis illud postmodum resignavit, aut resignare paratus sit. Non tamen videtur extingui jus, quod quis ex suadatione ad certum beneficium habet, quin illud soluto matrimonio vacans obtinere possit. Neque extinguitur dispensatio per matrimonium, V. g. cum illegitimo, quò minus soluto matrimonio obtinere possit beneficium; cum per dispensationem nullum jus acquiratur, nec in re, nec ad rem, sed tantùm removeatur impedimentum, ob quod incapax erat beneficii, & habilis reddatur & maneat. Sanch. l. cit. apud Pirh. loc. citato.

4. Extenditur tertio ad pensiones ecclesiasticas seu titulo clericali obtentas, seu quas possidet tanquam clericus, ut & ipsæ ipso jure amittantur per matrimonium contractum etiam cum una eademque virgine. Card. de Luca de pens. d. 46.

num. 6. ubi etiam is, quod id procedat, etiam si talis expressè profiteatur, se velle in statu clericali perleverare) Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 10. num. 3. Sanch. de mat. l. 7. d. 44. num. 5. Pirh. hoc. tit. num. 13. Tondut. qq. benef. p. 3. cap. 196. num. 11. (ubi etiam, quod id procedat, etsi pensio imposita sine ullo onere) Lotter. de re benef. l. 1. q. 42. num. 43. qui etiam quest. 40. num. 205. pro hoc refert constim. Pii V. in Bullar. 75. ubi is expressè, quod clerici post contractum matrimonium etiam cum una eademque virgine pensiones antiquas retinere nequeant. Barbof. l. c. num. 6. ubi is, quod etiam juxta Rotam in Roman. pensio. de 10. Maji. 1610. & in Trullen. fructuum Priorat. de 21. Junij 1619. per contractum matrimonium per verba de præsentate non valeat transactio seu nova conventio inter titularem & pensionarium super ejus solutione sine Sedis Apostolicæ beneplacito. Ratio horum est, quod hæ pensiones subrogentur beneficiis, subrogatum autem sapiat naturam illius, cui subrogatur; acita, qui incapax est beneficii, incapax est etiam pensionis ecclesiasticæ, & consequenter, sicut contrahendo matrimonium renunciatur tacitè beneficio, ita & pensioni ecclesiasticæ. Sanch. Pirh. LL. citat. Porrò extensio hæc extenditur ulterius & limitatur non secus, ac principalis responsio de amissione beneficiorum. Vide me in for. benef. p. 3. quest. 645. num. 2. & seq. ubi etiam fusè num. 5. qualiter præservetur talis pensio, non obstante matrimonio, per dispensationem Papæ & ex privilegio speciali concessio aliquibus Ordinibus militaribus, ut retinere possint pensiones ecclesiasticas, etiam post contractum matrimonium cum una virgine. de quo postremo vide quoque Barbof. l. c. num. 6. De cæterò hic sermo non est de pensionibus reservatis clerico promissio alioquò merè temporali compatibilium matrimonio. V. g. pro advocatia vel custodia ecclesiasticæ, quæ nullatenus amittuntur ob initum matrimonium (intellige etiam cum non virgine) Sanch. loc. citato num. 4. Lotter. l. c. num. 50. Barbof. l. c. num. 11. vide me l. c. n. 4.

5. E contra limitatur responsio, seu non extenditur primò ad clericos præcos beneficiatos, utpote qui conjugati retinere possunt beneficia, modo ea sint constituta more Græcorum, secus, si essent beneficia Latinorum. Barbof. jur. eccl. l. 3. cap. 14. num. 19. citans de Grassi, de effect. cler. eff. §. 25. §. 42. Sed neque ad contrahentes matrimonium per verba de futuro seu sponsalia. c. 1. hoc. tit. num. 1. Sanch. citata d. 42. num. 1. Garc. p. 11. cap. 8. num. 19. Clar. §. fin. quest. 73. num. 3. Guttier. de mat. cap. 97. num. 1. Gonz. ad reg. 8. Cancel. §. 15. num. 43. & plures alii, quos citat & sequitur Barbof. ad tit. 1. h. t. num. 11. Siquidem sponsalia non sunt matrimonium; & cum multis modis solvi possint, non constituunt statum incompatibilem cum beneficio; adeoque iis contractis non vacat beneficium; quemadmodum per adoptionem secundi beneficii incompatibilis non vacat primum, donec plena possessio, percipiendo ejus fructus, acquisita. juxta c. commissa. de elect. Pirh. num. 14. Quin imò ne quidem contrahenti sponsalia immineret pœna amissionis beneficii per sententiam. Lotter. l. 3. quest. 26. num. 70. contra Less. de just. l. 2. cap. 34. num. 114. quatenus is ait, quod talis non possit retinere beneficium, si velit satisfacere promissioni sponsalium, & quia

& quia dedecorat Statum ecclesiasticum contrahendo sponsalia, retinens simul beneficium; quam doctrinam Lessii sibi non placere ait. Garc. *loc. citat. num. 19.*

*Quest. 46. An & qualiter vacent beneficia ob contractum matrimonium nulliter seu invalide?*

**R**esp. primò in genere, multum in hoc variare AA. non tantum in specie pro diversitate causarum, ex quibus accidit hæc nullitas; sed etiam in genere, controuertendo, num vacent ipso iure beneficia, tam contrahentis nulliter bona fide, seu cum ignorantia impedimenti, quam contrahentis mala fide, seu cum scientia impedimenti dirimentis. Sic enim primò, præscindendo à scientia & ignorantia, non vacare ipso iure beneficium ob matrimonium nulliter contractum, docent Less. *loc. citat. num. 114.* Castrop. *tract. de benef. d. 6. p. 6. num. 9.* Sanch. *l. 7. d. 43. num. 3.* cui sententiæ adheret Pirh. *loc. cit. num. 16.* citans insuper Laym. *l. 4. tract. 2. cap. 14. num. 7.* qui & inde deducunt, posse nulliter contrahentes resignare beneficium in favorem, ante quam eo priuentur per sententiam; cum necdum vacet. Rationem dat Castrop. *loc. cit.* quòd textus hanc privationem inducentes loquantur solum de matrimonio valido iure legitimo, ut patet ex *hoc. tit.* & ratione, quam adducunt; quia nimirum divinis ministeriis vacare nequeat, qui uxori & voluptatibus carnis addictus; qualiter iis addictus non est, qui nulliter contrahit. Sed neque ullibi in iure delicto matrimonii nulliter attentati hæc pœna privationis ipso iure statuta est. Aliam rationem addit Pirh. quòd non inducat impedimentum, quod de iure non forsitur effectum. juxta *Reg. jur. 52. in 6. & L. s. se. §. condemnatum. ff. de rejudic.* E contra distinguunt. Decius, *conf. 166. num. 1. vol. 1.* Imol. *in clem. gratis. de rescrip. num. 25.* Garc. *loc. citat. num. 8.* hic quidem docendo, non ignoranter, sed scienter contrahentem ipso iure privatum esse; eò quòd graviter delinquat malitiosè attentando assumere statum incompatibilem cum beneficio; & hæc sententiam, scienter contrahentem nulliter ipso iure privatum, contra Castrop. & Sanch. sectantur Lotter. *l. 3. quest. 26. num. 76. & 79.* qui etiam oppositam sententiam, nimirum taliter contrahentem esse privandum per sententiam, cavendam esse ait. item Gonz. *cit. gl. 15. num. 44. & gl. 57. num. 44.* ubi etiam pro ratione addit, quòd, quando lex ipsa vel dispositio potius consideravit ipsum factum quam effectum, pœna incurritur ex solo facto, quamvis illud iure non subsistat. Bartol. *in L. quid ergo. ff. de his qui not. infam. num. 1.* Tondut. *qq. benef. p. 2. cap. 5. num. 18.* dicens in ordine ad incurrendam hanc pœnam privationis ipso iure non inspiciendum validitatem facti, sed ipsum factum. Covar. *de matrim. p. 2. c. 6. §. 3. num. 4.* Cavall. *opin. comm. tom. 1. g. 147. num. 4. & 5.* dicentes oppositam sententiam esse erroneam suamque teneri à Rota *decis. 8. p. 3. recentiorum.* Fundamenta etiam sententiæ oppositæ dissolvit Lotter. *loc. citat. à num. 80.* de quo vide me *for. benef. p. 3. quest. 43. num. 3.* Secus vero esse de ignoranter contrahente matrimonium nulliter tenet Garc. *loc. citat.* eo quòd hic neque delictum admisit, neque censetur renunciante beneficio, nisi sub conditione verè contracti matrimonii. Decius verò cum aliis contrarium docendo, nempe non scienter, sed igno-

R. P. Leurr. *Jur. Can. Lib. III.*

ranter contrahentem matrimonium invalidè bona fide, ipso iure privatum esse; eò quòd sciens matrimonium nullum, adeoque non inducens statum incompatibilem, contrahendo censetur non velle renunciare beneficio. De cætero plures ex AA. tenentibus ob matrimonium contractum nulliter, sive scienter sive ignoranter, ipso iure vacare, dicunt, expectandam tamen sententiam declaratoriam facti, nisi illud sit ita notorium, ut nulla opus declaratione. Vide me *loc. cit. n. 4.* descendendo nunc ad particularia.

**2.** Resp. secundò: clericus in minoribus constitutus contrahens nulliter ob impedimentum consanguinitatis, affinitatis aliudve simile dirimens, sive contrahat scienter, sive inscienter, secundum sententiam Castropalai. *loc. citat. num. 11.* & Sanch. *loc. citat. num. 5.* quos sequitur Pirh. *num. 17.* citatiq; ab eo *num. 16.* item Laym. & Less. pluresq; alii magno numero citati à Barbof. *in cap. 1. hoc. tit. num. 7.* iis inherente, inherentes rationi in genere datae *resp. præced.* non vacant ipso iure. Contrarium directè tenentibus Lotter. Cavall. Gonz. Tond. *LL. citat.* saltem de contrahentibus scienter invalidè, qui fundamento contrario inherant. nimirum, ut Lotter, quòd pœna illa amissionis beneficii ipso iure non pendeat, neque à tacita renunciatione, neque ex incompatibilitate statûs contrarii statui beneficii validè actu impressa; sed ab attentione talis statûs, & productione illius ad aliquod esse defacto propter consensum in tale matrimonium, in quo aliàs consistit tota formalitas illius, & quo inducitur publica honestas. Item quòd ratio textus. *cap. 1. hoc. tit.* non fundetur super alio, quam super incongruentia facti respectu statûs clericalis, quæ est tam in matrimonio defacto seu invalido, quam in matrimonio de iure, modò appareat de ejus formalitate ex consensu. De quo ulterius vide me *loc. citat. num. 3.*

**3.** Resp. tertio. Dum contrahitur nulliter ob defectum consensûs, estque hic defectus ex parte beneficiati. V.g. quia is non est sanæ mentis, vel gravi metu coactus, non vacant ejus beneficia, neque ipso iure, neque per sententiam; quæ neque verè assumpsit, neque assumere attentavit matrimonium, ita Lotter. *loc. citat. num. 75.* Sanch. *loc. citat. num. 7.* Castrop. *loc. cit. num. 12.* & concorditer omnes. Secus tamen est, seu vacant ipso iure secundum Lotter, aliosq; eum secutos, si defuit consensus, quia fictè & simulatè contrahit; quia attentavit contrahere. Si verò defectus consensûs est ex parte mulieris ob impedimentum quodecunque illius consensum liberum impediens, secundum sententiam Lotterii ejusque sequacium, ad quos accedit Azor, *p. 2. l. 7. c. 16. g. 6.* & Garc. *p. 11. c. 8. num. 10.* (quamvis is contrarium sentiat, dum defectus consensûs mulieris est ex amentia) vacat beneficium ipso iure; quia ex parte clerici defacto matrimonium est attentatum, & quidem culpabiliter, dum scivit hunc defectum. De cætero consensus beneficiati non censetur deficere, dum, etià verè præstitus, lex tamen illum annullat Tondut. *qq. benef. p. 2. c. 5. §. 2. n. 18.*

**4.** Reip. quarto: contrahens nulliter, sive scienter sive ignoranter, ob defectum ætatis, alterutro impubere, malitiâ non supplente ætatem, etiam dum clericus ipse pubes est, non videtur ipso iure amittere beneficium. Castrop. *loc. cit. n. 15.* Azor. *loc. cit. g. 15.* Garc. *l. c. n. 20. & 21.* Pirh. *n. 17.* & alii, etiam de cætero

D 2

sectan-

sectantes sententiam Lotterii contra alios citatos à me *loc. cit. num. 45.* Eò quòd, ut iidem AA. talis contractus, etiam celebratus per verba de præfente ex juris interpretatione resolvatur in sponsalia, juxta omnes autem per sponsalia de futuro non vacat beneficium ipso jure, & ut Castrop. licet diceretur matrimonium attentatum, non tamen vacatio inducatur per quamcunque attentionem; sed ob solam attentionem nullam inducentem obligationem. Nihilominus contrarium tenent aliqui, dum clericus ipse est pubes, & scienter contraxit cum impubere.

5. Resp. quintò: contracto matrimonio nulliter ob defectum formæ, quia nimirum contractum sine Parocho aut testibus, loquendo magis conformiter ad sententiam illam Lotterii, dicendum vacare ipso jure beneficia; quia sic contrahens ipso facto attentavit assumere statum incomparabilem. Contrarium hinciterum secundum sua principia tenentibus. Sanch. Laym. Pirh. *LL. cit. & Garcia* nixo hoc speciali fundamento, quòd ex actu nullo propter defectum formæ seu solemnitatis non incurritur pœna; ut Sanch. *de mat. l. 3. d. 2. num. 8.* & non adhibita formâ requisita, perinde sit, ac si actus non fieret. vide me *in for. benef. p. 3. quest. 46.*

6. Resp. sextò: Clericus constitutus in Ordinibus sacris, ideoque nulliter contrahens non secus, ac alii clerici contrahentes cum impedimento dirimente, ipso jure amittit beneficia. ita cum sectatoribus sententiæ Lotterii. Azor. *p. 2. l. 7. c. 16. q. 5.* citans Covar. *de mat. p. 2. c. 6. §. 3. num. 4.* (qui etiam *num. 5.* ait, falsum esse, quòd in contrahente ignorante impedimentum dirimens hoc ipso deficiat intentio contrahendi) Staphil. *de lit. grat. tit. de var. mod. vac. modo. §. num. 8.* Item Abb. *in cap. 1. hoc. tit. Nav. in man. cap. 25. num. 120.* (quem tamen pro opposita citat Barbof. *Parif. de refig. l. 1. q. . . num. 12.* Sylv. *v. clericus. 2. num. 1.* Gonz. *ad Reg. 8. gl. 15. num. 44.* & alii, quos sequitur Reiffenst. *b. t. num. 20.* contra Gl. *fin. in c. 1. b. t. Sanch. de mat. l. 7. d. 43. num. 4.* Jo. And. *in c. Joannes. b. t. num. 23.* Burr. *ibid. num. 19.* Clar. *§. fin. quest. 73. num. 5.* Ricciul. *de person. extra grem. eccles. content. Filiuc. tr. 41. c. 8. n. 8.* Garc. *p. 11. c. 8. n. 27.* Lels. *de just. l. 2. c. 34. num. 115.* & alios, quos citat & sequitur Barbof. *in c. 1. h. t. n. 7.* Quod autem pro hac sententiâ affert Less. nimirum, cum talis compellendus manere in suo ordine, non esse conveniens, ut ipso jure sit privatus beneficio, ne cogatur mendicare, id inquam, ut notavi *in for. benef. p. 3. quest. 47.* infirmum est, cum etiam locum habeat in privando per sententiam.

*Quest. 47. An cum nulliter contrahente matrimonium dispensare possit Episcopus, ut retineat beneficium, vel ut redire possit ad beneficium ob eam causam amissum, aut ad officia Ordinum exercenda?*

1. Resp. ad primum negativè; quemadmodum enim dispensare nequit, ut clericus validè contrahens matrimonium retineat beneficium etiam simplex, ut habet communis, ita etiam dispensare nequit in hoc cum contrahente invalidè; quia

utrumque est contra jus commune, in quo dispensandi potestatem non habet Episcopus, nisi in casibus, in quibus expressè id ei conceditur.

2. Resp. ad secundum: tamen si Azor. *l. c. q. 8.* asserat, posse sacerdotem, postquam doluit de matrimonio nulliter à se contracto, de consensu & auctoritate Episcopi redire ad beneficium; eò quòd *c. sanè, h. t.* concedatur Episcopo, ut juris rigorem hac in parte relaxare possit, si clericus longam pœnitentiam & vitam laudabilem egerit; re ipsa tamen id fieri non posse videtur. Siquidem textus ille de eodem beneficio, quòd amiserat, rursus adeundo intelligi nequit, sed de alio, quòd loco illius obtinere potest, dum beneficium, quòd amissum tamdiu vacare non debeat, usque dum longam pœnitentiam egerit. Et dato, quòd tamdiu vacare pergat, aut denuo vacat, possessore intermedio defuncto, adiri tamen denuo nequit, etiam post actam pœnitentiam, nisi vi novæ collationis. vide me *loc. cit. quest. 48.*

3. Resp. ad tertium: dispensare potest Episcopus cum constitutis in sacris, qui defacto contrahere matrimonium præsumserunt, ut post longam pœnitentiam & vitam laudabiliter in continentia ductam restituti officii suis, ordines denuo exercere possint juxta *c. sanè h. t.* quin etiam ad sacerdotium promoveri juxta *c. 1. qui clerici vel vocentes, junctâ Gl. v. dispensare;* modò tamen cum una eademque virgine, secus si eum vidua, vel corrupta ab alio, vel cum duabus, etiam si virginibus, coneraxerint. Gl. *fin. in cit. c. sanè & ibidem.* Barbof. *n. 2.* qui etiam *n. 3.* remittens ad seipsum *de off. & potest. Episc. p. 2. allegat. 49.* quòd Episcopus in ordine ad hoc, ut talis rursus ministrare possit in ordinibus suis, dispensare possit, si viduam occultè duxerat; pro quò citat Sanch. *l. 7. de mat. d. 86. num. 20.* Mirand. *in man. Prælat. tom. 2. q. 8. a. 2. concl. 3.* De ceterò cur cum iis, qui unam virginem duxerunt dispensare possit, hanc rationem dat Pirh. *b. t. num. 22.* quia tales nec veram, nec interpretativam bigamiam incurrerunt; sed ad summum similitudinariam, & nec hanc quidem, sed tantum irregularitatem aliquam juxta Laym. *l. 1. r. 5. p. 6. c. 6.*

*Quest. 48. Quid probandum impetranti beneficium ob matrimonium vacans, sive ipso jure, sive per sententiam?*

Resp. Ante omnia probandum est, esse contractum per verba de præfente; cum ob sponsalia etiam validè contracta non valet beneficium juxta dicta. Non tamen probandum, secutam esse copulam; cum etiam matrimonium non consummatum pariat effectum amissionis beneficii. Secundò hoc factum matrimonii contracti vel attentati probandum indubitanter. Barbof. *jur. eccles. l. 3. cap. 14. num. 8.* de qua probatione vide me *loc. cit. quest. 49.*

*Quest. 49. Clericus in minoribus constitutus an & que privilegia clericalia amittat contrahendo matrimonium?*

1. Resp. primò: tales clerici, si tres condiciones, de quibus paulò post, observaverint, impri-

imprimis gaudere petunt privilegio *can. si quis suadente*. ita ut injiciens in eos manus violentas incurrat excommunicationem latae sententiae. Dein etiam fori in criminalibus, siue agatur criminaliter seu ad vindictam, siue civiliter ad restitutionem damni illati, ita ut ad judicia saecularia propter commissos ab iis excessus & delicta trahi non possint, nec à Judice saeculari in persona, vel in pecunia seu bonis condemnari aut puniri. juxta *c. 2. de for. compet.* An verò hoc privilegium fori extendat se ad causas merè civiles, quæ ex contractu vel quasi contractu descendunt, controvertunt AA. Affirmant Franc. in *c. unic. h. t. in 6. n. 4.* Lapus alleg. 118. Bellef. *disq. cler. p. 1. §. 8. de favor. cler. person. n. 9.* Marth. *de jurisd. p. 1. cent. 2. cas. 59. num. 5.* quos sequitur Engels. *h. t. n. 7.* & alii apud Barbof. in *cit. c. unic. n. 8.* & apud Sanch. *de matrim. l. 7. d. 46. num. 21.* Dian. *p. 1. tr. 2. resol. 51. n. 34. & 35.* de Grassi. *de effect. cler. 2. num. 118.* quorum sententiam valde probabilem dicit Pirh. *h. t. n. 29. in fine.* Negant è contra communiùs Jo. And. in *cit. c. unic. n. 2.* Barbof. *ibid. n. 8. & 9.* Covar. *qq. pract. c. 31. n. 7.* Farin. *pr. crim. l. 1. q. 8. n. 7.* Sanch. *l. c. n. 22.* Azor. *l. 13. c. ult. q. ult.* Guttier. *p. 1. de juram. c. 1. num. 11. & 12.* Laym. *l. 4. tr. 9. c. 8. n. 4.* Pirh. *l. c. Reiffenst. n. 25.* & plures alii, quos citat & sequitur Delb. *de immunit. eccl. p. 1. c. 4. du. 11. f. 1. num. 12.* qui etiam *num. 12.* citat pro hac sententia *Declar. S. Cong. Concil. de die 13. Febr. 1610. & Cong. Episcoporum. die 10. Febr. 1618.* Fundant se hi AA. præcipuè in *textu cit. c. unic.* qui tantùm loquitur de causis criminalibus, & post concessum clericis talibus privilegium canonis & fori expressè subjungit: *in ceteris autem eos gaudere nolumus privilegio clericali.* His non obstantè, quòd subjungat: *trahi non posse siue criminaliter, siue civiliter ad judicium saeculare.* Quia rò civiliter non implicat causas civiles, sed cadit super causas criminales; quòd neque conveniendi sint coram Judice saeculari in causis criminalibus, etiam dum agitur non ad vindictam publicam, sed civiliter ad reparationem damni orti ex delicto. Unde jam etiam infertur juxta hanc sententiam, quòd clericus talis conjugatus in causa merè civili non possit opponere exceptionem declinatoriam fori, quòdque pro debito civili orto ex contractu vel quasi contractu, seu pro executione causæ merè civilis capi possit per Judicem saecularem, non obstantè privilegio canonis, cum hac ratione non injiciat manus violentas sed justas, quippe Judex competens in ea causa Pirh. Reiffenstuel. *LL. cit. cum Sanch. l. c. num. 24.* & Barbof. *l. c. num. 9.* Quod ipsum tamen, nimirum quòd ob causas civiles à crimine non descendentes possint à laicis in carcerem conjici & personaliter constringi, sibi non probati, ait, Delb. *cit. num. 11.* quamvis *du. 12. num. 1.* admittat, quòd, cum juxta dicta Judex laicus possit decidere causam civilem clerici conjugati, consequens sit, quòd uti quoque possit mediis solitis ad illius executionem necessariis, ne aliàs frustratoria sit potestas decidendi talem causam, si ad executionem decisionis non possit compellere clericum conjugatum uti hoc ipsum apud illum docent. Covar. *qq. pract. c. 31. num. 7.* Guttier. *l. c.* Sanch. *l. 7. d. 46. n. 23.* & alii contra Cævall. & Farin. apud Sanch. qui si opponant, non posse clericum conjugatum puniri corporaliter vel pecuniariter à Judice laico,

ait id verum esse, si id fiat per modum punitio- nis delicti commissi in non obediendo sententiæ; secus, si fiat per modum conatùs ad executionem sententiæ, quam juridicè & legitimè potuit dare. De cætero, ubi adest consuetudo, eos etiam gaudere privilegio fori in civilibus juxta quòd censuit *S. Cong. immunit. die 27. Febr. 1603.* ait. Delb. *cit. num. 12.*

2. Resp. secundò: Conditiones, ut talis clericus fruatur privilegio canonis & fori modo dicto, requisitæ (intellige, copulativè, ita ut una earum deficiente, excidant tam privilegio canonis quam fori) sunt sequentes. Prima, ut contraxerit cum una eaque virgine (vel quæ tempore contracti matrimonii reputabatur talis, ut Delb. *l. c. du. 10. num. 6.*) ut dicitur. *c. unic. h. t. in 6.* bigami enim privantur omni privilegio clericali: quia verò adimpleretur adhuc dicta conditio, & clericus non est factus bigamus, dum, si duxit cognitam prius à se, vel etiam ab alio, sed matrimonium cum ea non consummavit, vel si duplex matrimonium contraxit, & alterum non consummavit, vel si ductam à se virginem non cognovit post patratum ab ea adulterium: in his inquam casibus dicta privilegia non amittit Pirh. *h. t. n. 18.* citatis Claro *pr. crim. §. fin. q. 36. num. 9.* Sanch. *l. 7. d. 46. num. 3.* De cætero, ut ob bigamiam amittatur privilegium fori, requiritur, ut delictum commissum sit tempore contractæ jam bigamiæ; si enim commissum ante illam respectio illius delicti gaudebit adhuc privilegio fori; cum semper quo ad hoc spectetur status delicti commissi, Pirh. citatis iisdem Claro *num. 11.* Sanch. *num. 4.* uti etiam clericus non conjugatus si delictum commisit, de quo accusatus, dum postea factus bigamus, non debet remitti ad Judicem saecularem, ut is de eo cognoscat sed ad Judicem ecclesiasticum.

3. Secunda conditio est delatio habitus clericalis, etsi enim per contractum matrimonium licet habitum & tonsuram non deferat non desinat esse clericus; cum character ordinis, cujus signum externum tantum est habitus, & non de ejus substantia, sit inamissibilis; privatur tamen privilegiis clericalibus sine omni prævia monitione & sententia juxta Trident. *Sess. 23. c. 6.* juncta declaratione *S. Cong. apud Gallem. ibid. n. 5.* (secus est de clerico non conjugato, qui, ut ob non delatum habitum privetur privilegio clericali, opus est trina monitione) etsi hic etiam non privetur in pœnam ob delictum commissum, sed ob defectum conditionis requisitæ ad fruendum dictis privilegiis. Unde etiam talem ad deferendum habitum compellere nequit Episcopus, nisi fortè ex dispensatione Papæ permittatur habere beneficium vel officium ecclesiasticum. Porro si clericus in minoribus constitutus, qui duxit unam eamque virginem, deposito habitu clericali, amisit privilegia clericalia, reassumat habitum & tonsuram, etiam uxore adhuc vivente, velitque clericaliter vivere probabiliùs ea recuperabit, utpote sublata causa privationis; non enim penitus ea sublata, sed potius suspensa. Arg. *c. unic. h. t. in 6.* dum ibi dicitur: *eos gaudere nolumus privilegio clericali:* Quibus indicatur non amissum quòd ad proprietatem, sed tantùm quòd ad usum. & ita tenent Jo. And. in *cit. c. unic. num. 2. & 4.* Clar. *l. c. q. 36.*

num. 15. Sanch. cit. d. 46. num. 29. quos citat & sequitur Pirh. n. 30. & 31. Secundum dicta à nobis supra. Secus est, si post ductam secundam uxorem vel viduam, etiam eam mortuam, reassumat habitum clericalem; quia jam factus bigamus; per bigamiam autem dicta privilegia irrecuperabiliter amissa.

4. Tertia conditio novissimè addita per Trid. sess. 23. c. 6. de reform. nimirum ut alicujus Ecclesie ministerio vel servitio ab Episcopo deputatus, eidem deserviat vel ministret. Ceterum notandum hic, quod monet Delb. cit. du. 10. num. 10. Quod si clericus talis conjugatus à Judice seculari captus propter crimen, & detentus alleget & probet se clericum etiam per literas ordinatoris, & hinc petat se remitti ad forum ecclesiasticum, non statim remittendum, nisi doceat, se contraxisse cum una & virgine, & deportasse se habitum & tonsuram clericalem (quin etiam addendum ab eo videtur, se alicui Ecclesie ex deputatione Episcopi deservire) & de his cognoscendum à Judice ecclesiastico & non seculari. Atque hæc dicta de clericis minoribus citra dispensationem Apostolicam; si enim, ut censet Delb. l. c. num. 12. citans pro hoc determinationem S. Cong. Concil. die 24. Maji. & 17. Septemb. 1618. etiam Subdiaconus, qui ex Sedis Apostolicæ dispensatione duxit viduam & pensionem ecclesiasticam obtinet, privilegio fori gaudeat, multò magis id dicendum in eo casu de clerico conjugato in minoribus constituto.

5. Resp. tertio: Clerici in minoribus constituti conjugati, etiam servantes tres dictas conditiones, cæteris aliis privilegiis clericalibus excipiunt, & quò ad res suas seu bona reputantur

laici, ita ut non secus ac alii uxorati non clerici teneantur præstare consueta executiones, collectas, tributa, vestigalia, servitia, onera publica, nisi quò ad hæc etiam speciali lege, consuetudine vel privilegio eximantur; cum hæc non spectent ad privilegium canonis aut fori. ita Covar. pract. qq. c. 31. num. 9. Abb. in c. ex parte. h. r. num. 9. Barbof. ibid. num. 3. citans alios. Sanch. l. 7. d. 46. num. 16. Delb. l. c. du. 11. num. 9. & 10. citans insuper Paris. de resign. l. 41. q. 2. n. 100. Lambert. de jurep. l. 2. p. 1. q. 7. a. 3. n. 4. juxta c. unic. h. r. in 6. & Trident. l. c. dicens esse communem.

*Quest. 50. Num clerici conjugati servantes dictas conditiones amittant privilegium canonis & fori exercendo negotiationes?*

**R**esp. Videri probabilius, quòd non: eò quòd nullibi expressum in jure canonico, quòd clericis conjugatis (utpote qui in casibus expressis reputantur in omnibus laici) non liceat exercere honestam negotiationem victus gratià, sicut hoc interdictum aliis clericis non conjugatis. c. Joannes h. r. Dum ibi dicitur, quòd tonsura excentis secularia negotia videatur in ministerio seu status clericalis vituperium seu opprobrium redundare. Quippe qui absolute statum clericalem profitentur, ideòque indecens, si secularibus negotiis, etiam aliis licitis & honestis se immisceant. Ac ita tenent Franc. in cit. c. unic. §. & cum. num.

5. Covar. l. c. num. 9. Sanch. l. c. num. 26.

quos citat & sequitur. Pirh.

num. 32.

## TITULUS IV.

De

### Clericis non Residentibus in Ecclesia vel Præbenda.

Tractatus est hic Titulus integrè & accurratè à me in *For. benef. p. 1. à quest. 363. usque ad q. 425.* & quidem de obligatione residendi curatorum. à *q. 366. ad q. 395.* Ubi quo jure ad hoc obligentur. Cujus licentià, ut abesse possint, egeant. De causis eos à Residentia excusantibus. De onere residendi aliorum beneficiatorum non curatorum. à *q. 395. ad q. 425.* ubi quo jure & hi teneantur residere. De causis excusantibus eos à residendo. Qualiter in absentia lucrentur distributiones. De aliis concernentibus materiam distributionum.

## TITULUS V.

### De Præbendis & Dignitatibus.

Titulus hic plenè & fusè à me tractatus in *Foro benef. partim parte prima per totam.* Ubi de beneficiorum Natura, Origine, Exactione, speciebus singularumque conditionibus & qualitatibus à *quest. 1. ad q. 211.* De qualitatibus requisitis in promovendis ad beneficia à *q. 212. ad q. 363.* De oneribus & obligationibus beneficiatorum. à *q. 363. ad q. 434.* De potestate, juribus & emolumentis eorundem. à *q. 434. ad q. 464.* Et in specie de decimis. à *q. 464. ad q. 499. inclusive.*

Partim